

- 29 Corpora Sanctorum transferre an possit Episcopus sine Capituli consensu.
- 30 Capitulum maiora ecclesia aliquando Concilium appellatur.
- 31 Corpora Sanctorum de loco ad locum sine iusta causa transferri non debent.
- 32 Translatio reliquiarum est species alienationis.
- 33 Aquileiensis Concilii decretum de translatione Sanctorum corporum, & reliquiarum, refertur.
- 34 Corpora Sanctorum transferens sine legitima licentia qualiter sit puniendus.
- 35 Pars est arboraria iudici, ubi a iure non reperitur determinata.
- 36 Delictum transferentis Sanctorum corpora cui assimilatur.
- 37 Est aragana Ambrosia locum habet in alienantibus res temporales, non autem spirituales.

CUM EX EO Sanctorum reliquias vendere, vel passim ostendere, aut de novoventas sine licentia Papae venerari non licet. Hoc dicit. Et tria facit. Primo potest duplicem excessum, quem secundo prohibet distinguendo inter veteres, & novas reliquias, ibi, *praesentibus*. Tertio fraudes per Praelatos cohiberi praecipit ibi, *Praelati*.

Nota primo ibi, *exponunt venales* Sanctorum reliquias vendi non posse, ut hic, & in l. *Nemo C. de sac. sanct. reclus.* Idque duplici ratione. Altera est, quia res sacrae, quales sunt reliquiae, non sunt in dominio alicujus, nec recipiunt pretii estimationem, l. *Sacra loca, §. ubi ff. de vet. divis.* & consequenter vendi non possunt, quia sine precio venditio non consistit, l. 2. §. *Sine precio, ff. de contrah. empt. & §. Item pretium instituit, de emption. & vendit.* Altera ratio est, quia spiritualia, & spiritualibus annexa non possunt vendi sine labe simoniae, cap. *Quelam infra de simon. cap. De iura supra de iurap. l. i. q. 1. glof. r. h. h. Hof. in prin. But. n. 8. & Abb. m. nota.*

Secundo nota, ibi, *extra capfam*. Antiquas reliquias non debere extra capfam ostendi, ne Christianae Religioni detrahatur, ut dicitur in littera. Ex hoc enim secundum Hof. n. 5. Io. Andr. n. 1. *in verb. Extra capfam, But. num. 3. & Abb. in 2. not.* Detractores sumunt occasionem obloquendi, & blasphemandi: nam videntes olla nuda, ut verbis Hof. insinuat, dicunt, trussa sunt, si enim sanctus esset, non esset sic consumptus, non advertentes ad illud quod generaliter omnibus dictum est, *Genes. 3. Cinis es, & in cinerem revertetur, autam rationem habes infra n. 28. in fin. maxime, autem procedit haec prohibitio li reliquiae est capta extrahatur quatuor gratia, ut largiores fiant oblationes, qui enim hoc faciunt, possunt dici venales, sicut & mulier facta, & Advocatus, & pugil, cum passim se offerunt pecuniae causa, secundum Hof. en. numero 6. in ver. *Nec exponitur, & n. 7. Io. Andr. num. 2. in ead. ver. But. n. 4. Cardin. Anchar. & Abb. omnes in 1. not.* Haec enim est quaedam larga venditio secundum Abb. Quo autem modo, seu forma, quoque ordine ac decentia Sanctorum reliquiarum populo exhibenda explicat per eadem Concilium Aquileiense primum in *rit. de relig. Sanctor. tom. 4. Concil. part. 2. fol. 584. col. 2. Sub-**

dit tamen Hof. n. 10. in ver. *Auctoritate*, hoc minus bene servari, quia statuta omnia frangit avaritia, & insolentia Clericorum, quod esset corrigendum. Facit, cap. 1. in fin. supra de decim. Ad hoc Conc. Trid. sess. 25. de invocat. venerat. & relig. Sanctor. & circa finem ibi, *In reliquiis veneratione omnis turpis qualitas eliminatur. Et Concilium Aquileien. lococitato littera F.*

Quemadmodum autem fas non est veteres reliquias extra capfam ostendere, aut venales habere, ut hic dicitur; ita nec licet illas transferre sine licentia Papae, secundum Hofien. n. 6. in ver. *Nec exponitur, & Io. Andr. num. 2. Sed hoc latissime examinabitur infra in 1. quaf.*

Tertio nota ibi, *Inventas autem de novo*. Neminem licere reliquias de novo inventas publice venerari sine auctoritate Romani Pontificis, ut hic est casus secundum omnes. Quod intellige de reliquiis omnino novis; nam si essent antiquae, licet de novo inventae, non esset locus huic prohibitioni, secundum Io. Andr. h. n. 3. & But. num. 5. & hoc verum, si certum sit illas esse reliquias sancti antiquitus approbati, puta si cum eis inventa esset scriptura, seu documentum, authenticum de hoc fidem faciens, secundum Hofien. numero 9. in ver. *De novo*, secus si esset dubium, quia tunc sine auctoritate Papae illas colere non liceret, ut per Abb. num. 1. *vers. Sed dictum g. offe*, qui ita intelligit hunc textum.

Neque vero haec distinctio inter reliquias veteres de novo inventas & reliquias omnino novas videtur hodie sublata a Concilio Trident. sess. 25. de invocat. venerat. & relig. Sanctor. ubi statuitur novas reliquias non esse recipiendas, nisi recognoscantur, & approbantur Episcopo, qui simulque de his aliquid compertum habuerit, adhibitis in consilium Theologis, & aliis piis viris, ea faciat, quae veritati, & pietati consentanea judicaverit. Quandoquidem Concilii dispositio videtur intelligenda de reliquiis de novo inventis, quae sunt alicujus sancti antiquitus approbati, non autem de omnino novis, ut hic recipiatur interpretacionem passivam a jure communi ad l. 2. C. de novel. & non corrigat hanc decretalem; expedit enim iura iuribus concordare, d. cap. *Cum Expositas, de election. lib. 6. Praeterea* vero, quia si Episcopus possit publice venerationi exponere novas reliquias non canonizatas, quae modo per indirectum posset in sua Diocesi etiam Sanctos Canonizare, & unicuique liceret de licentia solius Episcopi aliquid venerari pro sancto, contra text in c. *proxi supra eod. contra unanimum Doctorum sententiam, & inveteratam consuetudinem Romanae ecclesiae, ut ibi dixi in 1. notab.*

Sed dices Concilium sub unica verborum conceptione determinat nulla admittenda esse nova miracula, nec novas reliquias recipiendas, nisi eodem recognoscantur, & approbantur Episcopo. Sed respectu miraculorum S. Congregatio ejusdem Concilii interpres consultata, haec dispositio, quae videtur admodum univ. falis, intelligenda sit de miraculis personae etiam non canonizatae, an vero de miraculis Sanctorum canonizatorum dimittat: Respondit de omnibus esse intelligendam. Ergo similiter respectu reliquiarum intelligi debet de omnibus reliquiis etiam sancti non canonizatis, quia una determinatio respiciens duo determinabilia, debet utrumque aequaliter determinare, l. *iam*

l. *Iam hoc iure, §. Sed ff.* & ibi Bart. num. 1. ff. de vulg. & pupillar. l. fin. Cod. de sent. Decius in cap. *Novis, num. 56. supra de iudic.*

At respondetur dictam regulam dupliciter limitari, primo enim non procedit, quando in uno ex determinabilibus est diverfa ratio, quam in altero, l. 2. & ibi glof. 1. ff. de offi. Proconsul. & legat. & ita eam limitat Imola in l. *Causa, in 3. column. ff. solut. matrim. & Pomat. in addit. ad Bart. in l. Si quis maior, col. 2. in ver. Ex hoc not. vers. Et quia una determinatio, Cod. de transact. Et quamvis hanc limitationem in dispositione hominis revocet in dubium Alex. ubique in dict. l. *Iam hoc iure*, & post eum l. *ibid. num. 11. in 2. limit.* tamen eam admittunt in dispositione legis, secundo non procedit praedicta regula, quando alias induceretur correctio juris, ut dicam infra num. 22. utraque autem limitatio concurrat in casu praesenti: quando quidem verum in dispositione legis Conciliaris. Et longe diverfa est ratio inter nova miracula, & novas reliquias: nam de jure communi potest Episcopus inquirere, ac testes recipere super miraculis, & vita alicujus canonizandi, iur. & not. in c. *Venerabili, supra de testib. Unde intelligend. decretum Concilii generaliter de novis miraculis tam sancti jam canonizati, quam canonizandi, nulla sequitur absurditas, aut juris correctio. At vero quo ad reliquias si Concilium intelligeretur de omnino novis, corrigeretur jus vetus, & sequeretur absurdum, quorum superius meminimus.**

Praeterea ex eo, quod Episcopus recognoscit miracula alicujus canonizati, non ideo licet eum venerari pro sancto, ut c. *prox. supra eod.* quia miracula quandoque sunt etiam per malos, cap. *Tenemus, 1. qui. 1. glof. 1. in cap. Venerabili, supra de testib. & sic Episcopus pro hoc nihil novum in ecclesia statuit. At secus esset, si approbare, & reliquias alicujus nondum canonizati, quia sic sanctum novum in Ecclesia introduceret, & tamen Concilium circa finem decreti praelati Episcoporum facultatem in recognoscendis novis reliquiis limitat in hac verba, videlicet ita tamen ut nihil in consilio Sanctis. Rom. Pontifice novum, aut in ecclesia haecenus in usitatum decerneretur. Tene igitur neque de jure communi, neque ex Concilio Trident. licere Episcopo approbare reliquias omnino novas, idell. sancti antiquitus non approbati; quidquid contra scripserint Moderni Collectores.*

Adde, quod hodie ex decreto san. mem. Urbani VIII. die 13. Martii 1625. edito in Generali Congregatione S. Romanae, & universalis Inquisitionis, ac relato per eisdem modernis h. n. 6. Quamvis Ordinarii locorum possint recognoscere, & approbare miracula alicujus, qui Martyrii fama, vel sanctitatis opinione celebris est vita dignus, tamen ne quid novum, ac inordinatum in re tamen gravi committatur, jubentur negotium institutum ad Sedem Apostolicam transmittere ejusque responsum expectare.

Quarto nota ibi, *Nemo publice venerari praesumat*. A contrario sensu non esse prohibitum in decreto venerari reliquias, de novo inventas, alicujus sancti ab ecclesia nondum canonizati, seu ad illas devotionem habere, prout hic notant Hof. num. 10. Ioan. Andr. num. 3. But. num. 6. & reliqui omnes, de quo in cap. *un. infra eod. lib. 6. & post Prosp. Fagn. in 2. par. 5. lib. Decretal.*

Innoc. & alios dixi supra in cap. *prox. num. 18.* Unde nec videtur prohibitum hujusmodi reliquias gestare ad collum suspensas; aequum enim licet occultam hanc devotionem habere ad has novas, sicut ad antiquas reliquias, ut proxime dictum est. De antiquis autem hoc licere auctor est S. Thomas in 2. 2. q. 96. art. 4. ad tertium, iuncto org. *contrario*, ubi docet, reliquias sanctorum, vel divina verba licite portari suspensa ad collum, si portentur ex fiducia Dei, & Sanctorum, quorum sunt reliquiae: secus si attenderetur aliud vanum, quod non pertineret ad reverentiam Dei, & Sanctorum, quia esset superfluum, & illicitum: sequitur S. Anton. in 3. part. tit. 12. cap. 8. in prin. *vers. Item portare reliquias, Sylvester postillas in ver. Reliquia, num. 4. Navar. in manual. cap. 11. num. 35. in fin.*

Ultimo nota ibi, *Praelati vero non permittant*. Ad Praelatorum officium pertinere praevos quatuor abusus corrigere, ne fidelis populus variis illorum figmentis, & falsis documentis decipiatur. Ad hoc Concil. Trident. cap. 9. *sess. 21. & multas illorum fraudes commemorat hic Hof. num. 11. & alii post eum, & vide quod scripsi in cap. *Tuarum, n. 2. infra de privi.**

Quaero An Episcopo absque Sedis Apostolicae auctoritate saltem de sui Capituli consensu liceat Sanctorum corpora de ecclesia transferre. Auctoritate Episcopali citra scientiam Sedis Apostolicae translationem reliquiarum, vel corporum Sanctorum fieri posse affirmat Angel. in ver. *Reliquia, num. 1. quem sequitur Sylvester*: nam est eum non nominat, transulitamen ejus verba summa in ver. *Reliquia, num. 3. & Arnil. in v. r. Reliquia, & Tabien. in eod. verb. Et pro hac opinione adduci potest irrefragabile fundamentum ex regula, quae habet posse Episcopum in sua diecesi quaecumque Conditor canonis sibi expressis non reservavit, cap. *Nager, de sent. excom. ubi glof. in ver. Retinuit, & cap. Clerici, §. De adulteris, de iudic. ubi per glof. & Doctores hoc axioma explicatum est. At hic casus non recensetur inter reservatos eminentiae Sedis Apostolicae, licet Specul. enumeret 89. in Rubr. de legat. §. *Nunc extendendum, & Hofien. 61. in sum. de off. legat.***

Nec obstat auctoritas glof. Io. in c. *Corpora Sanctorum, de consecr. dist. 1. in ver. Prin. ipis*, ubi exponit verbum Principis, idell. Papae. Vade elici videtur, id fieri non posse sine Papae licentia: quod sentit Hof. in sum. tit. *de relig. & vner. sanct. & alii, qui scribunt super d. c. Corpora, & idem Hof. h. n. 6. in ver. Nec exponitur, & Ioan. Andr. n. 2. Paul. de Castro in l. idem ultimus, qua est 41. §. *Constant, de legat. 1. num. 6. & Franciscus Aretin. ibid. in fin.* dicentes id esse verum etiam de aliis corporibus defunctorum id, inquam, non obstat, quia dicta expositio est facta aliena a verbis disti canonis, sicut est etiam alias similis explicatio glof. quae expositio text. in l. *fin. al. Cod. de relig. & vner. sanct. Augusti assatus, idell. Papae. Et hoc esse verum iura iuribus declarando, comprobatur, quia Concilium Moguntinum non statuit aliquid novi, sed idem, quot antiquis legibus, & jure gentium prius, & sanctionibus operaretur, & Concilium, & Christianorum fuerat ordinatum, ut corpora quoruncumque defunctorum non transferantur**

rentur injussu Principis, ut in l. final. C. de religiof. & sumpt. fun. quæ fuerat lata anno Domini 388, per imperatores Valentianum, Theodosium, & Arcadium, quoniamne forte posset contrahere, an dicta dispositio traheretur ad corpora Sanctorum, & tunc dictum Concilium idem, quod in l. Offi. & d. l. final. scilicet ut id attentaretur sine licentia Episcoporum, vel sine iussu Principis, & Imperatoris. Dicta autem jura, scilicet l. Offi. & l. fin. super quibus fundat se gloria, nullo modo patiuntur glossæ intellectum, cum Ulpianus conditor d. l. Offi. fuerit ethnicus, & imperatores in illis verbis. Augusti affatibus, nulla ratione de Papa sensisse videri possint, cum ipsa verba repugnent, & eadem glossa. Decreti parum sibi constans idem ver. Principis, quod habetur in cap. Dissimulavit, 7. q. 4. in fin. expoluit, Principis, id est iudicis ecclesiastici, cum verba similiter concepta essent de Principe temporali, & seculari; & si inspiceretur prototypum, seu originale Concilii Moguntini primi, in c. 31. unde detempserunt, & Gratian. & uo. & Buecardus hunc canonem, fortales reperiretur tunc ab Ecclesia nihil aliud actum fuisse, quàm ut sanctio prohibens transferri corpora prophana, etiã in corporibus sacris observaretur. Et mirum est glossam civilem in d. l. final. C. de Reliq. incidisse in hanc expositionem, dum in l. fin. ff. de mort. infer. Expofuit verb. Pontificis, in materia translationis corporum defunctorum, id est Episcopi, qui in talibus suum exercet officium, & in l. Hæretici, ff. de heret. hæreticu in fin. expofuit verba, principis, seu Pontificali autoritate, Principis, vel Papæ, seu Episcopi, & in l. 3. §. Tamen Divus Marcus, ff. de sepul. violat. cens. Translationem fieri permissu Principum, quæ glossæ expositio corroborat opinionem pro Episcopo.

18 Potrà à legibus Imperialibus hoc tantum discernere Concilium Moguntinum, quod ille loquuntur de iussu Principis, hoc verò de consilio tantum. Id quod eam habet rationem; quia cum actus translationis reliquiarum, & sanctorum corporum sit spiritualis fieri non debet autoritate, ac iussu Imperatoris, cui nulla est de rebus spiritualibus disponendi facultas, 7. q. 9. dist. & habetur, 10. dist. per totam, cap. Iudicatum, 89. dist. & cap. Solite, de mater. & obed. At consilium in his peti etiam à laicis facti Canones non repugnant, cap. Adnotatum, de consuetudin. Neque enim consilium est necessitatis, sed voluntatis, cap. ult. §. Quod præcipitur, 1. q. 1. quest. 1. Ideoque qui tenetur consilium petere, illud tamen sequi non cogitur, cap. 1. de Capell. Monachor. cap. Cum alim. de arbit. gloss. in cap. Cum in veteri, in ver. Expellatum, de elect. & sapius in similibus casibus respondit S. Congregatio Concilii

21 Neque obstat quod cum textus d. cap. Sanctarum, loquatur de consilio Principis, vel Episcoporum, quemadmodum respectu Episcoporum importat consensum, secundum gloss. in cap. 1. §. fin. in ver. Cum consilio, Ne sedo vasa. lib. 6. ita & respectu Principis, ex regula l. tam hoc iure, §. Sed si, ff. de vulgar. & pupillar. Nam responderet eam regulam non procedere, quando determinabilia diversam habent rationem, ut habet hoc casu Princeps laicus ob ejus incapacitatem. Ita colligitur ex cap. Cum Martha, in princ. de celebrat. Missæ. DD. in cap. Translatio, de Confrat. & dictum est supra num. 9.

22 Quemadmodum nec procedit dicta regula, quando aliis juris correctio induceretur, ut declarat Bald. in c. Inter ceteras, de rescript. & Abb. ind. c. Translatio, circa fin. Sicut induceretur hoc casus; nam cum reliquiarum translatio fieri non possit sine autoritate Episcopi, si verbum, consilio, respectu Episcoporum intaret in propria significatione, corrigerentur jura, quæ contentum requirunt. Præterquam quod etiam verbum illud importaret verum, & proprium consilium etiam respectu Episcoporum. Satis tamen est, ut necessitas exigendi Episcoporum consensum eliciatur ex aliis juribus; cum consilium, & consensus sibi invicem compatiuntur, ut in c. Cum in veteri, ubi gloss. in ver. Expellatum, de elect. Præterea observandum est accurate ver. illud, consilio, fuisse appositum respectu Principis tantum; respectu autem Episcoporum fuisse appositum ver. Licentia, quod habetur ibi in fin. & refertur tam ad Episcopos, quàm ad Synodum, cap. Secundo requiritur, supra de appellat. Unde sentus est: Corpora Sanctorum non transferantur sine consilio Principis, vel licentia Episcoporum, sanctaque Synodi; & sic cessat omnis difficultas, quia utrumque verbum retinet propriam significationem.

23 Sed etiam expositio glossæ in d. cap. Corpora; admitteretur, nõ tam ex ea inferretur, ut hujusmodi translatio competere soli Papæ, quia nec ipsa, nec ejus sectatores hoc affirmant, nec si affirmarent, ellet verum, quia id canon contradiceret, & repugnaret, cum in ultima parte de facultate Episcopis expressit; loquitur enim alternative ibi, sine consilio Principis, vel Episcoporum; ex quo sequitur, ut non competat soli Papæ, sed Papæ, & Episcopis, videlicet Papæ in universo orbe, & Episcopis in sua cuique diocesi, ut exponunt gloss. prælegata, & affirmant Summis citati supra num. 15. Ideoque Hug. & post eum Turrec. in d. cap. Corpora, num. 2. Sylvest. in ver. Reliquia, quest. 3. dicunt ad Papam, vel ad Episcopos hoc jus pertinere; & tamen est verum, quod si anella affirmat in ver. Reliquia, id est decretum prædicti Concilii admittere generalem dispositionem legum Imperatorum, quibus cautum erat, ut hac facultas pertineret etiam ad alios, quàm ad principem.

Nec obstat ratio, quam inducunt scribentes in cap. prox. supra eod. cur Papæ tantum competat facultas canonizandi Sanctos, juxta text. ibi. & in cap. Venialitatis, de testib. scilicet, quia festum, & officium illorum celebrandum est ab omnibus; & officium idem sic dicendum de translatione, Nam responderetur festum translationis celebrari in ecclesia particulari. Episcopus autem sicut statueret potest, ut festum aliquod celebraretur in particulari ecclesia, ita etiam potest constituere ut celebraret festum in honorem alicujus Sancti, cuius corpus, vel notabiles reliquie sint in illa ecclesia, & loco particulari, ut firmant communiter Doctores, in d. cap. proximi. & ibi dixi num. 23. & consequenter etiam translationem potest facere sine Papæ autoritate.

Minus refragatur id quod sancitum est in Concilio Tridentino sess. 25. in decreto de invocac. vener. Sancti. Quia per illud tantum abest ut aliquod detrahitur episcoporum authoritati ut potius videatur augeri illorum facultas quoad recognoscendas, & approbandas novas reliquias, quæ de jure

communi non ita clarè eis competebat, ut patet in hac decretali, & dictum est supra numero 5. & seq.

24 Opportunum esset investigare causam, cur ita dispositum sit circa translationem; causa enim non parum conducit ad comprehendendam, quam sequimur, opinionem. Quippe ratio legum Imperialium expressa est in l. Offi. ff. de relig. & sumpt. funer. Erat enim injuria, & pro tali estimabatur, ut cadaver humanum femel effoderetur. Unde etiam apud Ecclesiam receptum est, ut in ignominiam exhumerentur corpora excommunicatorum, & hæreticorum, in decretali, sacris, de sepul. cum similibus item in l. Divi fratres eodem tit. Cavetur ne iuste sepulture traditum, id est terra conditum corpus inquietetur, & ne e levei causa corpora, quæ quietebant, huc illucque a portentur; & idem sine Principis licentia fas non erat vel saltem Præfidis provincie, l. 1. eodem tit. de religiof. & d. l. Divi fratres, & l. si qui autem, ff. eodem item erat prohibitum etiam Religionis causa, ob quam nec permittitur ut sepulchrum tangere, etiam refectio diiudico: erat enim violari sepulchrum, ut in l. fin. ff. de mor. infer. Unde ad curam Pontificum gentilium spectabat idem permittere, vel etiã ad Principem, qui etiam Pontificiam dignitatem exercebat: quod hodie commutatum est, quia Principi gladius tantum temporalis, & Sacerdotibus verò uterque datus est, uti uretque relictus est, cum uterque male usurpatus esset ab Ethnicis Principibus, ut in Extrayag. Bonifac VIII. Vnam sanctam, de maior. & obedien. Hæc de gentilitate.

28 Sed quoad Concilium crederem duplici causa id institutum; primo, ut honorificentius majori cultu adhibito fieret translatio, & major cura adhiberetur; ut cautè ad id procederetur, ne extraheretur in publicum ossa extra capsam, seu arculam: quod videtur desumptum ex d. l. Divi fratres, ad vitandum periculum supponendi alias falsas reliquias, quibus populus deciperetur, ut legitur & notatur in hac decretali & ideo id transferendi munus providentissimè Episcopo est tributum.

29 Sed majus dubium est, an Episcopus id possit sine consensu Capituli sue ecclesie: & quamvis Archidia. in d. cap. Corpora, de consecr. dist. 1. Sylvest. & Armill. supracitati num. 15. videantur hanc facultate Episcopo absolute attribuire per diffinitivam, vel: tamen contrarium videtur verius, tum ratione rei, quæ gravis est, unde secundum omnes regulas, cap. 1. tot. tit. supra de iis, quæ sunt à Prælat. suo consensu Capituli, Episcopus teneatur ad hoc Capitulum suum convocare, & audire, ita ut sine ejus collaudatione nihil valide facere possit, maxime quia sumus in materia alienationis quodammodo rerum ecclesie: tum quia d. c. Corpora: quando agit de Principe, nihil addit. At quando agit de Episcopo, ei per copulativam, quæ, annexit sanctæ Synodi licentiam; quam Synodum Petr. de Samp. Hugo, Archidia. Bellam. & Turrec. exponit pro clericis Majoris Ecclesie, & sic Capituli Cathedralis, quod aliquando appellatur Concilium, ut cap. Placuit 12. qu. 2. Unde alii DD. cum loquuntur de Episcopi autoritate in hac materia addunt etiam synodi licentiam copulativè, ut est videtur apud Summ. Cofessor. lib. 1. tit. 14. q. 24. Quæ est tetra sub rubricella de reliq. Alberic. de Rosate in Dictionariis

in ver. Reliquia, §. ultimo ad med. Summa Baptista, & Rosellæ supplementum d. ver. Reliquia: ex quibus videtur concludendum Episcopum sine licentia Summi Pontificis cum consensu tamen sui Capituli posse Sanctorum corpora transferre de loco ad locum, licet id sine iusta causa, quarum aliquas ponit Turrecem. in d. cap. Corpora, q. 3. facere non debeat Et forte etiam non teneat hæc translatio facta sine causa, cum sit species alienationis, cum corpus, quod aliquo modo ad unam spectabat ecclesiam, alteri tradatur: unde non tenet alienatio, cap. Sine exceptione, 12. q. 2. cum similibus.

Nec obstat Staphil. de Br. v. b. qui postquam n. 22. Dixit quando datur licentia extrahendi reliquias ex Capella monasterii S. Anastasii, addi clausulam, & de licentia Commendataris: & ad hoc facere cap. Corpora de consecr. dist. 1. Vbi dicitur, Nemini licere corpora Sanctorum de loco ad locum transferre sine consensu Papæ, quoniam non ob id excludit licentiam Episcopi, quam ipse impertiri potest, ex eod. cap. Corpora.

33 Cæterum etiam putem supradictum intellectum ad illum text. esse verum, & germanum: Fateor tamen expositionem glossæ præbuisse materiam plerisque exitimandi translationem sanctorum corporum esse Sedi Apostolicæ reservatam; adeo ut in Concilio Aquileiano l. in tit. de reliq. Sanctorum cautum reperitur ut infra, videlicet corpora Sanctorum transferri quidem non possunt sine Sedis Apostolicæ licentia, Reliquia inignes de loco ad locum transferri ita demum poterunt, si Episcopus decretum in Archivio Pontificali, & libro particulari servandum ad rei gelæ perpetuam memoriam fecerit, cur id fieri permiserit tom. 4. Conciliorum part. 2. fol. 585. col. 1. Et quamvis illud Concilium sit provinciale, & non confirmatum à Sede Apostolica, ideoque extra provinciam non habeat vim canonis, ut scripsi in cap. Canonum statuta, num. 14. supra de Confrat. Est tamen magna autoritas, cum fuerit recognitum, & emendatum à S. Congregatione Concilii ad præscriptum Constitutionis Sixti V. super institutione ejusdem Congregationis.

34 Sed quatenus dicta translatio non possit fieri sine autoritate Apostolica, dicitur quia pena esset puniendus, qui hujusmodi corpora sine tali licentia transferret. Responderetur considerandum an sub tali causa excommunicationis dolum excludens, ad l. 3. §. Prima verba, ff. de sepul. viol. ex reg. glossæ in l. Plagii in ver. Iusta, C. ad legem Flavianam, de plag. Quod si nulla causa adducatur, cum in jure certa non reperitur huic facto annexa, pena arbitrio iudicis erit imponenda, argum. c. De causis, in fin. de offic. deleg. & cap. Sicut dignum, de homicid. Sed quia in arbitriis ex similibus proceditur, l. Non possunt, ff. de leg. gib. videndum erit propterea cui delicto hoc affimiletur; & quidem non videtur simile ei, qui cadaver, spoliavit, de quo in d. l. 3. §. Adversus, ff. de sepul. viol. nec ei, qui violando sepulchrum corpus eruit, de quo in l. 4. & l. fin. C. eod. cum in casu nostro cesset modus iniuriosus, seu violac. & injuriose spoliatio nis Nec est simile vero sacrilegio, quia rei fundum facere noluisset videtur potius simile alienanti res ecclesiasticas, ut elici potest ex Abb. in c. Nalvus, in prin. de iure patr. & Calder. in cons. 1. de Baptis. ubi simile dicit de eo, qui jus baptizandi

37 alii confert ecclesie; & tamen hunc cenfer indiffere non incidere in excommunicationem latam contra alienantes res ecclesie per Extravag. Pauli II. *Ambrosius, de reb. eccl. non alien. quæ loquitur de alienantibus res temporales ecclesie, non autem spirituales; quia cum d. c. Excommunicatio sit læ sententia, ad alium casum non potest per judicem extendi, saltem pro delicto jam perpetrato: quia non potest iudex per suam extensionem facere, ut qui non erat excommunicatus, sit modo excommunicatus sine novo delicto. Unde videtur præna esse omnino imponenda arbitrio iudicis, secundum regulam, d. c. De causis.*

De observatione Ieiuniorum.

Cap. Consilium.

SUMMARIUM.

- 1 **V**igilia omnium Apostolorum sunt in præcepto, præter vigiliis Apostolorum Philippi, & Iacobi, & Iohannis Evangelistæ.
- 2 Nec valet contraria consuetudo Gallicana.
- 3 Carnium esus in Quadragesima agrotis est indulgentus.
- 4 Caribiosensum status, qui languentibus in extrema necessitate carnes non concedunt, an sit periculosus, & nim. seq.
- 5 Carnium esus an aliquo casu sit necessarium ad liberandum infirmam à mortis periculo.
- 6 Carnibus non vesciantur homines in prima etate, id est ante diluvium.
- 7 Iuramentum, & votum non ligant, cum sine interitu saluti corporali servari non possunt.
- 8 Carnibus in Quadragesima vesci non licet, etiam ex legitima causa sine licentia Episcopi.
- 9 Et quid si causa sit urgente, n. 10.
- 10 Referendarij in Quadragesima ovium, & lacticiu, & de consilio utriusque Medici carniu vesci possunt.
- 11 Ieiunium an, & quando post qui solvere propria auctoritate.
- 12 Quid si causa sit evidens.
- 13 Et quid si dubia sit.
- 14 In ieiunio an ex iusta causa dispensare possit proprius Sacerdos.
- 15 Consuetudo an in ieiunio sit servanda, & nim. seq. usque in finem.
- 16 Quid in consuetudine ieiunij inducitur, n. 10.
- 17 Quid in ieiunij translativa, n. 30.
- 18 Et quid in ieiunij relaxativa, n. 10.
- 19 Ieiunium quid sit.
- 20 Ieiunia consuetudinaria servanda sunt à diocesani, & indigenis perinde atque indicta ab Episcopo.
- 21 Episcopus indidere debet observantiam consuetudinum inducentium ieiunium, vel abstinentiam à carnibus in sua diocesi.
- 22 Carnium abstinentia seculsa consuetudine in sola die Veneris per totam hebdomadam est in præcepto.
- 23 Carnes comedere in Sabbato est mortale, ubi non est consuetudo comedendi, & alias secus.

- 21 Carnium esus apud Græcos in die Sabbati est tolerandus, ubi sine scandalo fieri potest.
- 22 Intellectus, c. Sabbato, de consecr. d. lib. 3. & cap. Quia dies, dist. 5.
- 23 Ieiunium in sexta feria non est ex præcepto, sed ex consilio tantum.
- 24 Ieiunium in Adventu Domini non est ex præcepto, nisi hoc habeat consuetudo.
- 25 Idem in vigilijs Rogationum.
- 26 Consuetudo in ieiunij non extenditur de loco ad locum.
- 27 Nec de uno ad aliud genus personarum.
- 28 Consuetudo laicorum in ieiunij non legit clericos, nec clericorum secularium in religiosos, ibidem.
- 28 Consuetudo de una in aliam diem ex rationabili causa ieiunium transferri servanda est.
- 29 Consuetudo regionis servari debet in colenda festivitate S. Bartholomæi.
- 30 Idem in festivitate R. Margaritæ.
- 31 Ieiunium propter magna in loci solemnitate potest auctoritate Episcopi in aliam diem transferri.
- 32 In Gallia, ubi sunt ecclesia S. Quinini, non ieiunatur in vigilia omnium Sanctorum, sed tertia præcedenti die.
- 33 Peregrini, & viatores in ieiunij, & abstinentia à carnibus debent se conformare consuetudini loci, ubi reperiuntur.
- 34 Contrarium, num. 37.
- 35 Declaratur, n. 38.
- 36 Cathalani, & Francigena, qui in suis partibus solent vesci caribus in die Sabbati, peccant, si alibi vescantur ubi non est solitudo, & n. 40.
- 37 Idem in Mediolanensibus, qui alibi comedunt carnes in diebus Carnisprivij.
- 38 Eius in Castellani qui in Sabbato vescuntur extremis, vel interioribus partibus animalium in Lusitania, Navarra, ubi non est consuetudo.
- 39 Intellectus, cap. Illa 12. dist.
- 40 Exteri in ieiunio tenentur servare consuetudinem loci, si eo venerint animo habitandi, alias secus, seculo scandalo.
- 41 Scholares, & peregrini ligantur consuetudinibus loci, ubi moram trahunt.
- 42 Cathalani existentes in studio Thelosavo peccant si iuxta consuetudinem Cathalonie vescantur carniibus in Sabbato, sed non in converso.
- 43 Habitatio de presentia sufficit ad sortendum forum penitentiale, nec requiritur domicilium.
- 44 Viatores non sortentur forum loci, per quem transeunt.
- 45 Nec dicuntur moraliter in eo esse.
- 46 Consuetudo ieiunij relaxativa valida est, si sit generalis in tota ecclesia.
- 47 Consuetudo particularis ex rationabili causa potest in partem ieiunium relaxare, seu interpretari quoad horam, collationem, & cibos, & n. seq.
- 48 Ieiunij de integritate qua sint.
- 49 Ieiunium solvitur ex geminata comestione.
- 50 Secus si aliquid sumatur pro collatione serotina magis ad sustentationem naturæ, quam ad delicias.
- 51 Et resillitur quorundam opinio circa collationem in vigilia Natalis Domini.
- 52 Hora comedendi in diebus ieiunij, qua sit de consuetudine.
- 53 Et qua de iure scripto.
- 54 Cur in Quadragesima sit hora Vesperarum.

Dies

- 53 Dies sabbæ expletus dicitur post vespertas.
- 54 Ovis, & lacticiu vesci licet in ieiunij extra Quadragesimam, nisi obset consuetudo.
- 55 Consuetudo quæ in votum relaxat ieiunium an valeat.
- 56 Quid in ieiunij solemnibus.
- 57 Et quid in alijs non solemnibus.
- 58 Ieiunia, quæ à singulis Diocesani per singulos Dioceses indicuntur, ab omnibus subditis sunt servanda.

CONSILIVM. Doctores non sumant propter varia dicta, quæ satis per se sunt clara. Dividitur in septem partes, quæ patent per septem distictos, §§.

1 Nota primò ex principio litteræ, jejunium esse in præcepto in vigiliis omnium Apostolorum hoc est duodecim, quos enumerat glossa in cap. unico, in ver. *Daudeno, de reliq. & vener. sacri lib. 6.* præterquam in duabus vigiliis hic exceptis Apostolorum scilicet Philippi, & Iacobi, & Iohannis Evangelistæ, ob rationem in littera expressam, & hoc non obstantibus Gallicanis verbis, quos hic recitat glossa I. videlicet:

Petrus, & Andreas, Paulus cum Simone, Iudas, Vt ieiunemus nos admonet, atque Matheus.

Nulla enim est ratio diversitatis inter hos, & alios Apostolos; & cum omnes fuerint pares merito, pari etiam cultu sunt venerandi, secundum Abbat. *hic num. 4.* ut eorum sit æqualis felicitas, quorum æqualis est Sanctitas, cap. *Seite, 70. dist. 10.* Andr. *hic num. 8.* in gl. 1. & Cardin. *n. 2. vers. Oppos.* Ad hoc, cap. unico, *de reliq. & vener. Sancto. in 6.* Neque enim in his solemnibus ieiuniis quidquam operatur consuetudo, cum sit irrationabilis, ut latius dicam infra n. 3. Scin. *seq. n. 3.*

Secundo nota in §. *Item de illis esum carniu in Quadragesima agrotis esse indulgentum*, & pondera rationem in textu expressam, videlicet ut debilibus, & infirmis propter abstinentiam à carnibus periculum non emergat. Quam litteram inducunt quidam contra Monachos Carthusianos, quorum statum afferunt esse periculosum ex defectu charitatis, quia languentibus in extrema necessitate carnes non concedunt, Holtens. *num. 5. in verb. Ab alijs.* redarguit illos qui infirmis non compatiuntur more Carthusienum. Sed illo- rum statum, ut hic recitat Ioan. Andr. *num. 3.* efficaciter tuetur Magister Arnaldus de Villa Nova summus Medicus, & Theologus, prosequendo verbum illud Psalmi 68. *Adversus me loquebantur, qui sedebant in porta, & c. subinducens illud Cantici 5. Percusserunt me, vulneraverunt me, & tulerunt pallium meum,* & illis in proposito cooperatis, probat oppugnantium doctrinam esse phantasticam, & fallaciam, & hæresim sapere. Falsitas patet, quia qui se obligat ad illud statutum ordinis, hoc facit ex amore Dei. Sed illa charitas est suprema, quæ Deum respicit ut obiectum. Ergo quod sit propter Deum, & non in odium proximi, non potest dici contra charitatem. Quod autem dixit hæresim sapere, probat, quia adversatur approbationi, & tolerantia Romanæ ecclesie, & fingit novum dogma in pertinentibus ad utilem statum fidelium, ponendo languentes quandoque non posse à mortis periculo sine esu carniu liberari, & sic ad vitæ longitudinem esum carniu necessarium; (nam, ut ipse ait, virtus vitalis

deficit aut propter malitiã morbi illam reolvitur, aut propter defectum alimenti, per quod habet conservari, vel restaurari.) Primo casu probat auctoritate Hippocratis dicentis: Si deficientibus præ furia morbi cibus exhibeatur, suffocationis, vel alterius vexationis gravamine superaddito, coguntur vitam finire celeriter. Deficientibus autem propter penuriam alimenti si denegetur cibus, & medicationi subdantur, expirant velocius tabefacti. Unde fit, ut deficienti propter morbi magnitudinem non proficit, sed obstat carnes. Deficientibus verò propter alimentum penuriam, proficit. Sed probat plus competere vinum mediocre, maxime aromaticum, & vitellos ovorum mediocriter molles; quia velocissima digestio convertuntur in laudabilem, & multum sanguinem, & quasi sine fecibus. Carnibus autem, & ceteris alimentis aliqua prædictarum conditionum deest. Concludit ergo adversarios moveri, aut ex invidia, aut ex animi passione aut ex ignorantia physica, secundum quam ad virtutem vitalem, vel cognitivã magis competunt supradicta, quã carnes. Licet fateatur ad conferendã virtutem motivã magis convenire carnes. Sed dicit inducendõ Galenum confortationem virtutis motivæ non esse in ægris necessariam, quia modicũ egentius operatione. Ergo nec egent necessario esu carniu. Demum subdit in sacra scriptura non reperiri etiam carniu infirmis necessarium; quod tamen de vino legitur, ad *1. math. 5. c. l. Christi ad finem, supra de iure tur. Idem ad Roman. 14. Qui infirmus est, olus manducet, non dicit carnes.* Item *Psalm. 103. Vinum lætificat cor hominis, & panis confirmat illud; Cor autem est principium materie virtutis vitalis, quæ confortatur per cordis læticiam.* Inducit quoque exempla Christi, quem multi etiam infirmi sequebantur, ut à languoribus sanarentur, *Lucæ 6. (Quibus tamen egentibus alimento, quia tribus diebus jejunaverant, paravit non carnes, sed pisces.) Marc. 8. (Similiter nec David illi Amalechitæ, qui tribus diebus, & noctibus non comederat, Reg. 30.)* Item virtute deficiente propter penuriam cibi etiam carniu non esse necessarium confirmat experientia: nam videmus in ipso ordine octuagenarios, & centenarios mundorum sentium. Item in primã etate, id est usque ad Diluvium, diutius vixerunt homines, quam in alijs ætatibus; & tamen non vesciebantur carniibus, sed terræ nascentibus. *Genes. 3. ad fin. ibi. Comedes herbas terræ. Ad Noe autem dixit post diluvium, cap. 9. omne quod movetur, & vivit, erit vobis in cibum, cap. Ab exordio, 35. dist. quod est Hieronymi contra Iovinian. lib. 1. & subicit Ioan. Andr. de iure tur. in compendium redigisse, quia etiam tuo tempore quamplures notabilis status amicos sui Carthusienibus, apud quos est vera religio, detrahere conabantur, & illius verba ad litteram hic referunt, & sequuntur Anton. de Butt. *num. 10. Cardin. in §. Item de illis, n. 2. & Ioan. de Anan. in cap. Sicut ex litterarum, n. 2. infra de homicid. & consentit hic Petr. de Anchar n. 4. in ultio.**

7 Verum Abb. in cap. *si verò, n. 2. vers. Et per hoc dicitur, supra de iure tur. Si, inquit, à peritis medicis diceretur Fratrem Carthusien. Ordinis non posse aliter mortem evadere, nisi per esum carniu non obstante regula, seu voto deberet carnes comedere. Sicut enim iuramentum non ligat pro-*

periculum mortis, c. *fin. 2. 2. 4.* ita nec votum cum paribus passibus ambulat, ut notatur in cap. 1. eadem. *caus. & quest. in cap. Debitores, de iur. in cap. Licet, & in c. Magna, de voto.* Et quavis mox fateatur Arnaldum de Villa Nova summum, & quasi divinum Medicum in tractatu hac de re edito concludere vitam posse restaurari sine eis carniis: Subdit tamen, Si ex circumstantiis Medici dicerent contrarium, procedere primum dictum. Item posset contingere, ut ova infirma essent salubria, & horrore, ita ut non posset illa sumere, ut pluribus accidit, quo casu in dubio hoc esset tenendum; quoniam necessitas excusat ab omni precepto, ut hic in textu, qui etiam non obstat supponit hanc necessitatem in proposito esse possibilem. Unde conclusio est, iuramentum, & votum non esse servandum, cum sine interitu salutis corporalis servari non potest, prout etiam concludit glos. 1. in d. cap. *Si verò.* Itaque, ut verbis Sylvestri utar in *ver. Instrumentum, 4. num. 10. ver. Ex praedictis*, Abbas Carthusiensis indistinctè non reprobat, sed tantum in casu, & iudicio meo benedicit.

Ultimò nota in §. *Præterea*, non debere quem vesci carnis in Quadragesima, & solemnibus jejuniis sine licentia Episcopi, etiam legitima causa subitè eas comedendi, puta infirmitas, seu debilitas, ejusmodi enim licentia exigitur, quia multi possent agritudinem fingere, & inter infirmitatem & infirmitatem est distinguendum, sicut inter coactum & coactum, ut in c. *Mates, §. Propter quod, supra de Baptism.* secundum Host. *hic n. 5. in ver. Sic tamen.* Io. Andr. *n. 4. Butr. n. 10. in fine, & Abb. n. 5.* Tu die aperte hoc sancitum esse in Concilio Toletano VIII. *cap. 9.* in hac verba. Quisquis absque inevitabili necessitate, atque fragilitatis evidenti languore, seu etiam ætatis impossibilitate diebus Quadragesimæ esum carni præsumpsit attentare, non solum reus erit Reus: Et rationis Dominice, verum etiam alienus ab ejusdem diei sanctæ communioni, & hoc illi cumuletur ad penam, ut ipsius anni tempore ab omni esu carniis abstinere gulum, quia sacris diebus abinentia oblitus est disciplinam. Illi verò, quos aut ætas incurvat, aut languor extenuat, aut necessitas ardat, non ante prohibita violare præsumant, quàm à Sacerdote permissum accipiant) referatur ab Yvone *par. 15. cap. 89. & tom. 2. Concil. par. 2. pag. 492.* Porro in indultis vescendi carnis consuevit apponi clausula, de consilio utriusque Medici, ut in indulto referendiariorum utriusque Signaturæ, de quo in Constitutione Pauli III. debita, in §. 17. ibi, (Quadragesimalibus, & aliis temporibus, quibus esus carniis, ovorum, casei, & lactinorum, de jure, vel consuetudine est prohibitus, eisdem ovis, caseo, butyro, & aliis lactiniis, ac de utriusque Medici consilio carniis absque conscientia scrupulo uti, frui, & vesci, &c.) in Bullar. *tom. 1. pag. 360.* Verum tamen si causa esseturgens, non peccaret qui sine licentia carniis vesceretur, ut hic patet in §. *Cum autem, & tenet Abb. n. 4. in ult. notab. Confert. text. in l. 1. in princ. ibi, (nam interdum locus, vel tempus non patitur plenius deliberandi consilium, ff. de exercit. act. & quod dixi in cap. Relatum. an. 33. supra de*

11 Cler. non vesiden. Plenius tamen in hoc distinguit Sylvest. in *ver. letunium n. 20. ver. Tertium*, tradens regulam, quam dicit servandam esse ex mente omnium Doctorum: nam aut certum est quem jejunare non posse ex causâ evidentiæ: Et tunc potest propria auctoritate jejunium dimittere. Aut est dubium, & consulendum est vir bonus, & peritus, puta medicus, aut confessor, vel alius, & si illius iudicio causa sit evidens, similiter potest jejunium frangi propria auctoritate: nam & in eo casu causa evidens dici potest. Sin autem idè peritus sit dubius: tunc oportet adire Superiorem, qui declarare potest autoritative dispensando in dubio. Verum si subesset periculum scandali, etiã stante causâ evidenti, petenda esset dispensatio. In hujusmodi autem dispensatione Superior est Episcopus tantum, nec sufficit licentia simplicis Sacerdotis etiam ex justa causa, secundum Host. hic, nisi summa necessitas immineret, ita ut sine periculo ad Episcopum recursum haberi non posset, licet S. Thomas in *d. dist. 15. q. 3. art. 2. q. 4. ad tertium* teneat Sacerdotem posse dispensare, Sed Canonistæ contra per hanc decretalem.

per quem textum Glossa hic in *ver. In Sabbatho*, dicit non debere carnes comedi in die Sabbathi. Quoniam loquitur de consilio, sicut cavetur de die Mercurij secundum Abb. & Sylvest. *locis citatis*, unde Archid. ibi, quem ceteri sequuntur, exponit verbum, non debemus, de honesto, non de præcepto. Rursus non obstat text. in cap. *Quia dies, de consecr. dist. 5.* ubi dicitur: Quicumque se Christianæ religionis participare desiderat, ab esu carniis eadem die (scilicet Sabbathi) abstinere. Etenim eodem modo Gregorius VII. eo loci non loquitur de præcepto, sed de consilio, ut probat littera ibi, *admonens*, & notat glossa in *ead. ver. Et Sylvest. ubi supra*, nisi sit consuetudo, ut abstinere, ut ibi per glossam.

12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22

QVÆRO generaliter, utrum in jejuniis servanda sit consuetudo

Pro clariori solutione puro tres casus esse distinguendos. A. ut enim consuetudo est jejunii inductiva, aut est jejunii translativa, aut jejunii relaxativa.

In primo casu absque dubio servanda est consuetudo, cap. *illa, 12. dist. & Præpos. num. 5. & cap. Vtinam, 76. dist. nam*, ut inquit Innoc. communiter receptus in rubrica alias in cap. *1. n. 2. ver. Tertium letunium, supra eodem*. Jejunium est abinentia victus secundum ordinationem ecclesiæ, si ve scripto, si ve consuetudine approbatam. Unde Petr. de Palude in *d. dist. 15.* apud Sylvest. in *ver. letunium, n. 7.* dicit ad jejunia consuetudinaria ipsam consuetudinem ligare, etiam si scriptura non dicat, arg. c. *In huius rebus, 11. dist.* Ideoque si in aliqua die ecclesiæ consueverit certo die jejunare, hoc jejunium servandum esse à diececlanis, & indigenis, sicut si Episcopus jejunium indiceret. Quod clarè probatur, *hic in §. Item de illis*, ubi Pontifex consultus de illis, qui carnes comedunt in Sabbatho, respondit: Super hoc consuetudinem tuæ regionis scilicet observari. Unde per hanc litteram Episcopum Diocesani mandicare debere observantiam consuetudinis inducentis jejunium, seu abinentiam à carnis in sua Diececlis, docent Host. *n. 4. in ver. Consuetudinem, & num. 5. in verb. Sic tamen*, Butr. *num. 6. Cardin. in §. Item de illis, num. 1. & reliqui.*

Hinc inferitur primò, ut abinentia à carnis circumscripta consuetudine in sola die veneris per totam hebdomadam sit in præcepto, ut in c. *De esu carniis*. Et quot ibi notatur, *de consecr. dist. 3.* At comedere carnes in Sabbatho est mortale ubi non est consuetum, ut in cap. *Quia dies, de consecr. dist. 5.* non autem ubi est consuetudo comedendi, ut in Francia, Catalonia, & aliis partibus; quia statim consuetudini, ut in d. c. *illa autem, dist.* & concludit Abb. *hic in 1. notab. & Sylvest. in ver. letunium, num. 28. ver. Tertium*. Unde & apud Græcos tolerandus est usus carniis in die Sabbathi, ubi sine scandalo fieri potest, in locis tamen ipsorum, & inter eos tantum, ut cavetur in Constitutione Clementis VIII. pro instructione super aliquibus ritibus Græcorum, *edita 31. Augusti 1595. in §. 6.* in Bullar. *tom. 3. pag. 47.* Nec obstat text. in cap. *Sabbatho, de consecr. dist. 3.*

per quem textum Glossa hic in *ver. In Sabbatho*, dicit non debere carnes comedi in die Sabbathi. Quoniam loquitur de consilio, sicut cavetur de die Mercurij secundum Abb. & Sylvest. *locis citatis*, unde Archid. ibi, quem ceteri sequuntur, exponit verbum, non debemus, de honesto, non de præcepto. Rursus non obstat text. in cap. *Quia dies, de consecr. dist. 5.* ubi dicitur: Quicumque se Christianæ religionis participare desiderat, ab esu carniis eadem die (scilicet Sabbathi) abstinere. Etenim eodem modo Gregorius VII. eo loci non loquitur de præcepto, sed de consilio, ut probat littera ibi, *admonens*, & notat glossa in *ead. ver. Et Sylvest. ubi supra*, nisi sit consuetudo, ut abstinere, ut ibi per glossam.

An autem sexta feria non solum abinentia à carnis, sed etiam jejunium sit in præcepto, Doctores non conveniunt. Sed communiter tenetur jejunium non esse ex præcepto, sed ex consilio tantum, prout de communi celebrat Abb. in cap. *seg. num. 1.* & notat Innoc. *in rubr. alias in cap. 1. supra eodem.*

Inferitur secundò ut quavis in Adventu Domini ex præcepto non sit jejunandum, ut hic est textus quasi expressus in §. *letunium*. Secundum Abb. *ante num. 1.* post Innoc. *ubi supra n. 3.* Quicquid dixerit Butr. *hic, num. 2.* tamen secus sit, si hoc habeat consuetudo: Unde Pontifex hic dicit tamen apud nos jejunatur, quasi dicat, habemus hoc de consuetudine: Super hoc autem nullum statum facimus, nec aliquem adstringimus, sed quilibet consuetudinem suam servet, ut formaliter inquit Host. *hic num. 4. in ver. Apud nos*, cuius dictum sequuntur Io. Andr. *num. 1. in eodem vers. Cardin. num. 3. Collectar. num. 4. & Abb. ante num. 1. ver. Unde hic papa*. Et quod dictum est de Adventu, idem intellige de Vigilis Rogationum, in quibus consuetudo servanda est ut notatur in cap. *Rogationes, de consecr. dist. 3.* & per Abb. *in rubr. sup. eod. num. 6. in fine, ver. Item dubitatur de vigilis Rogationum.*

Adverte tamen, quia in hujusmodi consuetudinibus non sit extensio de loco ad locum, adeo ut nec consuetudo peculiaris Ecclesiæ Romanæ sit necessario observanda in aliis locis, ut notat glossa in cap. *11. in ver. Docuit, de Summa Trinit. l. 6. & Abbas hic num. 1. & probatur in cap. 114, 12. dist. 12.*

Rursus adverte, quia in his consuetudinibus nec sit extensio de uno ad aliud genus personarum; ideoque consuetudo laicorum non ligat Clericos, nec Clericorum secularium religiosos, quia distincti sunt modi abinentiæ inter hos tres status, & plures abinentias habent Clerici, quàm laici, & religiosi, quàm clerici seculares. Unde non oportet ut ad eorum jejunia ligentur, quorum etiam consuetudinibus à suis jejuniis non absolventur, secundum regulam iuris, quem non honoro, nec onero. Ita Sylvest. in d. *ver. letunium n. 7.* Et hæc de consuetudine jejunii relaxativa.

In secundo autem casu principali, id est in consuetudine jejunii translativa, cõclude servandam esse consuetudinem, secundum quam jejunium in certa die ab ecclesiâ indictum in aliam diem ex rationabili causa translatum est, ut hic per Host. *num. 4. in ver. De casu, & probatur in §. De festivitate*, ubi est expressum in colenda festivitate S. Bartholomæi, & consequenter in ejus vigilia

servandam esse religionis consuetudinè, hoc enim ex rationabili causa introductum est: nam cum die 24. Augusti fuerit exortatus, & die sequenti obiit, alicubi colitur dies martyrii. alicubi verò, ut Romæ, dies obiit, secundum Petr. de Sampsonè, Abb. Antiq. & Hostienc. *ubi supra Collectar. num. 1. & Io. Andr. eod. num. in v. Bartholomæi*, qui adducit simile de festivitate B. Margariæ, cuius festum diversis diebus colitur propter sui diversa martyria: nam secundum eum apud Bononienses celebratur die 13. Iulij, vel die 14. secundum Anton. de Butr. *n. 9.* subdit tamen Ioan. Andr. se reperisse in Specul. Histor. *lib. 1. c. 2.* coli debere die 20. Iulij, & ita colitur Romæ, & Patavi; ut refert Card. *num. 4. in fine.*

Et hinc collige propter magnam loci solemnitate in die jejunii contingentem licite fieri translationem, seu commutationem jejunii in diem præcedentem auctoritate Episcopi ad eum modum, quo festum Nativitatis Domini Assumptiois Beatissimæ Virginis, & festus Apollolofii, si contingat feria secunda, transfertur in die Dominico, sed in Sabbatho præcedenti, ut est casus in cap. *pro. supra eod. c. et tenet Innoc. supra in rubr. alias in cap. 1. supra n. 3.* ubi refert in quibusdam locis Franciæ translatum ubi festum ecclesiæ Sancti Quintini, non jejunari in vigilia omnium Sanctorum, sed tertia præcedenti die, & sequitur Abbas, *hic in 2. notab. Præpos. in cap. Denique num. 23. in fine 4. dist. 12. & Sylvest. in ver. letunium, num. 19.*

Hinc etiam, & ex textu collige peregrinos, & viatores in jejuniis, & abinentia à carnis debere se conformare consuetudini loci, ubi reperitur, & ad hoc per Diocesanos compelli posse, ut hic patet, & est optimus textus in d. cap. *114, 12. dist.* ubi Augustinus: (Nec disciplina ulla est in his melior gravi, prudenter Christiano quam ut eo modo agat, quo agere viderit Ecclesiam ad quamcumque forte devenit.) & infra. (Mater mea Mediolanum me consecuta invenit ecclesiæ Sabbatho non jejunantem, ceperat fluctare quid ageret. Tunc ego consului hac de beatissimæ memoriæ virtum Ambrosii, & ille ait: Cum Romam venio, jejuno Sabbatho, cum Mediolani sum, non jejuno. Sic etiam ut ad quam forte ecclesiam venerit, ejus morem servat, si cuiquam non vis esse scandalo, nec quemquam tibi) ubi glossa in *ver. Sacramentum* refert illud vulgatum: Si juris Romæ, Romano vivitorum, Et si sit alibi, vivio sicut ibi.

Et pro hac parte concludit Abb. *hic in fine subdès* propterea peccare Cathalanos, qui comedunt in his partibus carnes in die Sabbathi, licet illis in eorum partibus licite vescantur. Quod ante ipsū docuit Cardinal. in Clem. *Dignitas, q. 5. de celebr. Missar. & sequitur Sylvest. ubi supra n. 28.* dicens. Quicarnes in die Sabbathi in suis partibus comedere consueverunt, ut in Francia. & Cathalonia, comedendo in partibus aliis, ubi hoc non est consuetum, secundum Directorium peccant, ut in cap. *Quia dies, de consecr. dist. 4. & cap. 114, 12. dist.* à contrario sensu. Et idem dicendum de Mediolanensibus, qui in aliis locis comedunt carnes in diebus carnis servitii. De quo tamen vide Christilphor. Post. *in §. Sed quod Principi. in fine in §. de invenatur*, ubi etiam prosequitur quod in Scholariis, qui Mediolani reperitur et eo tempore que Me-

Mediolanenses ex privilegio S. Ambrosii vescuntur carnis. De quo privilegio latius dicam in cap. sequenti, a n.

Id ipsum sentit Navarr. in Man. cap. 28. nu. 120. ³⁶ *ves. sexto*, ubi dicit peccare eum, qui vescitur carnibus, vel alio cibo vetito in aliqua regione, etiam eo tempore, quo liceret ei vesci in sua; sicut et converso non peccat vescendo eis in regione, quam transiit, vel in qua moratur. licet in sua id ei non liceret. Navarrus enim, & Lusitanus vescentes in Castella die Sabbathi extremis, vel interioribus partibus animalium, non peccant, licet in suis terris id eis non liceret. Castellanus autem in his faciens in Lusitania, vel Navarra, peccaret. Sic Navarrus, & consentit illius auditor Covarr. *lib. 4. variar. resolat. cap. 20. n. 8. in fine.*

³⁷ Contrariam opinionem, id est peregrinos, & viatores cessante scandalo non teneri in jejunijs, & abstinencia a carnibus se conformare consuetudini loci, ad quod revertunt, tenet Archid. post Hugon. in d. c. *Qua contra mores*, d. ff. Bellam. num. 2. Turrecr. num. 2. *de pignar. ff. de pignar. nu. 6. vers. Nota quod per egrinos*. Quia enim extraneos, qui ad tempus vivunt in locis, qui talem habent consuetudinem, debere illam observare, si non observando generent scandalum. Quod satis innuit littera ibi, (Si cuiquam non vis esse scandalum, nec quemquam tibi.) Ait enim Apost. 1. ad Corinth. 7. *si scandalum cavero fratrem meum, non manducabo carnis in aeternum.* Vel certe ille textus loquitur de consilio, & persuasione secundum Hostien. relatum ab Archid. *ubi supra*. Et complures Theologos pro hac sententia novissime citat Thomas Sanchez *de matrim. lib. 3. disp. 18. num. 6.* Pro qua præcipue allegatur text. in eod. cap. *illa 12* in illis verbis: (Alia verò, quæ per loca terrarum, regionisque variantur, sicut est quod alij jejunant Sabbatho, alij non, &c. totum hic genus tertium liberas habet observationes.) Sed profectò alius videtur sensus Augustini in eod. canone: nam primò docet observandas estretaciones, quæ in tota ecclesia observantur. Unde dum immediate subdit, (Alia verò, quæ per regiones variantur, liberas habet observationes;) non videtur intellexisse liberum esse unicuique speciales consuetudines observare, vel non observare; alioquin consuetudines locales non essent ab incolis observandæ, contra textum hic. Sed dixit *liberas*, id est sine peccato, ita ut sit sensus, illa quæ ex generali consuetudine recepta sunt, ab omnibus servari debent; sed illa, quæ ex consuetudine particulari sunt alicubi introducta, ut comedere carnes in Sabbatho, possunt observari liberè & absque divina majestatis offensa, & hoc sensu liberas habent observationes, quia illa observantes non peccant. Sed hinc non sequitur ut illas observare non teneantur. Vel certe intellexit *liberas*, id est quoad extraneos, qui non tenentur illas observare, nisi illuc divertant, ut innuit sequentia verba, & declarat Turrecr. num. 2.

³⁸ In hac varietate placet distinctio Glossæ in dict. cap. *illa*, in ver. *Veneris*, ubi dicit referre, an peregrini sint moraturi, vel citò recessuri, id est an venerint animo habitandi, an verò recedendi, ut primo casu teneantur servare consuetudinem loci, ubi moram trahunt; in secundo autem non, sicut in scandalo, ut explicat Glossa in cap. *Qua contra*, in ver. *Aut Peregrini*, d. ff. Quam distinctionem

sequitur in d. c. *illa*, Archid. num. 1. in ver. *Serva*, Turrecr. n. 2. ubi verba illa, *liberas habet observationes*, exponit, id est quantum ad extraneos, quia apud eos libera est hujusmodi abstinencia, nisi veniant moraturi, vel nisi non observando, generent scandalum. Nec dissentit Præpos. n. 6. dum sequitur Archid. quoad eos, qui veniunt animo non permanendi. Eodem modo distinguit Syvel. in ver. *Jejunium* nu. 7. ubi post Paludan. tenet ad jejunia consuetudinaria teneri indigenas, & dicet anastasiengenar verò, si veniant animo habitandi, ex tunc ligari jejunijs consuetudinarijs, sicut & scripto. Si autem transeat solum, non ligari consuetudinibus, & statutis terræ, licet in comedendo cavere debeant à scandalo; nam si *esca fratrem meum*, &c.

³⁹ Primum membrum distinctionis Glossæ, videlicet de exteris, & peregrinis, qui in loco sunt moraturi, probatur in d. c. *Qua contra mores*, d. ff. ibi, (Nulli civis, aut peregrini libidine violetur.) Per quem textum Speculat. in rubr. de *Consist. nu. 7.* dicit evidenter probari scholares, & peregrinos ligari consuetudinibus loci ubi moram trahunt. Unde bene Cardin. in Clem. 2. in 5. *quæst. de celebrat. Missar. scriptis* Cahalanos existentes in studio Tholosano peccare, si contra consuetudinem Cahaloniz vescantur carnibus in Sabbatho, juxta consuetudinem patriæ, & consentit, Imola *in idem. col. 2.*

⁴¹ Et quamvis Glossa præalleg. in d. c. *Quæ contra*, dicat solos perpetuo habitantes obligari legem civitatis, uti. *Debitor*, ff. de *Pignar. item illud verbum, perpetuo*, plerique ex Doctoribus non ponunt, sed simpliciter exigunt, ut habeant animum habitandi, vel ut sint moraturi, quod in idem recidit, & ad fortiendam Parochiam, seu forum, Penitentialem non requiritur translatio domicilij, vel animus perpetuè illuc permanendi, sed sufficit sola habitatio de presenti, secundum opinionem Feder. de Sen. *conf. 254* incipien. *quæstio subsequens*. Quam pluribus tuetur Anchar. in cap. *De uxore*, num. 2. *de Sepultur. & eam commendat*, Abb in cap. *Extorpende*, §. *qui verò*, nu. 11. *de piben.* & magis communem dicit in cap. *Omnis natusque*, nu. 25. *de Punit. & remiss.* Quam etiam sequuta est Sacra Congregatio Concilij, ut scripsi in cap. *fin. supra de Paroch.* ubi hunc articulum valde à Doctoribus controversum plenè exanino.

⁴² Secundum verò distinctionis membrum, scilicet de illis, qui statim sunt recessuri, & sic de transeuntibus, clarè probatur per text. in l. *Hares absens*, §. *Proinde*, ff. de *iudic.* ubi patet viatores non fortiri forum loci, per quem transeunt, & subnectitur ratio, quia durissimum est, quotquot locis quis navigans, aut iter faciens delatus est, tot locis se defendere. Circa quod vide quod scripsi in cap. *fin. supra de fore. compet.* Item facit pro hac parte, quia qui transit, aut brevi tempore divertit ad aliquem locum, non dicitur moraliter in eo esse, l. *Qualitum*, §. *fin. & l. Si ita*, ff. de *legat. 3. cap. Nani & ego*, de *verbor. signific.* & cap. *Ad nostram*, de *regular.* ubi dicit referre, an peregrini sint moraturi, vel citò recessuri, id est an venerint animo habitandi, an verò recedendi, ut primo casu teneantur servare consuetudinem loci, ubi moram trahunt; in secundo autem non, sicut in scandalo, ut explicat Glossa in cap. *Qua contra*, in ver. *Aut Peregrini*, d. ff. Quam distinctionem

⁴³ Hinc inferitur primò, ut quamvis geminata comestio in die jejunijs solvat, eò quod universalis Ecclesiæ consuetudo, quæ pro lege habenda est, sic obtinuit, ut semper tantum comedatur, ut tenet Goffred. & communiter Theologi in 4. *dist. 15.* teste Sylvestro in ver. *Jejunium*, num. 9. & probat Abb. in rubr. n. 3. inducens ad hoc cap. *Quadragesima*, de *consecr. dist. 5.* & cap. *Sicut tibi*, *dist. 4.* Tamen secundum eum aliquid sumere pro collatione serotina magis ad sustentationem naturæ, quam ad delicias, non est peccatum, nec jejunijs frangitur, Pros. Fagn. in 2. par. 3. lib. Decretal.

teat, non efficitur ibi parochianus; & notat Cardin. in Clem. 2. num. 8. ubi etiam Vitalin. num. 29. *de privileg.*

⁴⁴ In tertio denique, & ultimo casu principali, id est in consuetudine jejunijs relaxativa, distinguere aut consuetudo est universalis in tota Ecclesia, aut est particularis in aliqua regione, vel loco. Si consuetudo sit universalis, illa proculdubio servanda est, text. est in d. cap. *illa*, 12. *dist. 15.* ibi, (& si quid aliud tale occurrerit, quod servetur ab universa, quacumque se diffundit Ecclesia.) & tener glossa communiter approbata in cap. *proximo*, in ver. *Consuetudinem*, infra eodem. Consuetudo enim Ecclesiæ universalis tamquam lex servanda est, cap. *Perniciosus*, sup. de *celebr. Missar.* Et est ratio, quia illa, quæ non scripta, sed tradita custodimus, quæ quidem toto orbe terrarum observantur, datur intelligi vel ab ipsi Apostolis, vel plenarijs Concilijs commendata, atque statuta retineri, quæ sunt verba textus in d. cap. *illa*, & ibi notat Archid. in *prim.* & inde fit ut illi, qui nec voto, nec regulari observantia sunt adstricti, in sexta feria si festum Nativitatis Dominicæ die ipso venire contigerit, carnibus propter festi excellentiam vesci possint, secundum consuetudinem Ecclesiæ generalis, ut est casus in cap. *prox. infra eodem.* Confert decretum Concilij Tridentini de *Canonica scripturis*, sess. 4. ubi Synodus traditiones vel tanquam ortenus à Christo, vel à Spiritu Sancto dicitas, & continuè succellione in Ecclesia Catholica conservatas pariter pietatis affectu, ac reverentia suscipit, ac veneratur. Ad idem sess. 13. de *Sanctiss. Euchar. Sacram.* cap. 8. ibi, Qui mos tamquam ex traditione Apostolica descendens jure, ac merito retineri debet.

⁴⁵ Sin autem consuetudo sit particularis in aliqua regione, vel loco, iterum subdividenda sunt duo membra. Primum est, cum consuetudo non relaxat jejunijs in totum, sed in partem dumtaxat. Et in hoc primo membro cum de integritate jejunijs secundum Richar. in 4. apud Sylvest. in ver. *Jejunium*, n. 9. tria sunt, videlicet comestio unica, determinata hora comedendi, & abstinencia à carnibus, item ovis. & lacticijs in Quadragesima: in his omnibus aliquid potest rationabilis consuetudo, ut tenet Abb. in rubr. *supra eod. num. 4.* ubi quod dixit Hostien. *hic*, videlicet consuetudinem nihil posse in jejunijs solemnibus, declarat procedere quando consuetudo ex toto vult illud tollere. Secus si interpretetur qualiter sit explendum jejunijs, puta quoad collationem, horam, & cibos, & hujusmodi quia consuetudo est optima legum interpres, cap. *Cam dilectus*, de *consecr.* & sequitur Sylvest. in ver. *Jejunium*, num. 8. Dummodo tamen hujusmodi consuetudo ex rationabili, & honesta causa introducta sit, non autem ut homines inendant ventri, & gaudijs temporalibus, ut per Abb. in cap. *seq. num. 3.*

⁴⁷ Hinc inferitur primò, ut quamvis geminata comestio in die jejunijs solvat, eò quod universalis Ecclesiæ consuetudo, quæ pro lege habenda est, sic obtinuit, ut semper tantum comedatur, ut tenet Goffred. & communiter Theologi in 4. *dist. 15.* teste Sylvestro in ver. *Jejunium*, num. 9. & probat Abb. in rubr. n. 3. inducens ad hoc cap. *Quadragesima*, de *consecr. dist. 5.* & cap. *Sicut tibi*, *dist. 4.* Tamen secundum eum aliquid sumere pro collatione serotina magis ad sustentationem naturæ, quam ad delicias, non est peccatum, nec jejunijs frangitur, Pros. Fagn. in 2. par. 3. lib. Decretal.

dummodo hoc fiat temperatè secundum consuetudinem loci, de quo vide plenius per Sylvest. *ubi supra* n. 10. *vers. Tertium*, de *collatione serotina*, licet non desierint ex Recentioribus, qui in hac materia usque adeo laxaverint habenas, ut scripserint, in vigilia Nativitatis Domini propter consuetudinem licere pro refectione serotina comedere usque ad sexdecim uncias panis, & dulciorum, inter quos Facunde præcept. 4. lib. 1. cap. 4. num. 19. Quinimò Medina in 1. parte *Instru. de Consecr. cap. 14. §. 10. vers. Dunde* se signet amplius putavit licere ex pane & fructibus sumere quantum libuerit.

Sed profectò hoc non esset jejunijs moderari, seu interpretari sed profus solve re ad destrueri. Unde consuetudo hujusmodi in tam solemnij jejunijs dicenda esset potius corruptela, ut patebit *infra* in 2. membro.

⁵⁰ Inferitur secundo, ut similiter quoad horam prandij in diebus jejunijs consuetudo sit lex, & statutum Ecclesiæ; & hoc secundum omnes est ut hora nona comedatur, teste Sylvest. in ver. *Jejunium*, num. 12. Sed quia hora nona non dicitur, & in principio, & in fine, S. Thom. in 4. *dist. 15. q. 3. art. 3. q. 3.* videtur velle, ut in omni jejunijs prandium sit non à nona completè, id est, hora tertia post marti diem, ut explicat Sylvest. *ubi supra* n. 11. & 12. Cæterum Petr. de Palude, cui adheret Sylvest. *ubi supra*, asserit hoc verum esse tantummodo quoad jejunijs quadragesimalia; in alijs verò dicit licitum esse prandere in principio Nonæ, id est, in meridie. Sed quia hujusmodi lex est consuetudo, propterea, ut ipsi dicunt, consuetudini standum est populi Dei, ut in meridie non post Aitrolabium, sed grosso modo computato comedatur, ut in cap. *In his*, 1. *dist.* Quod etiam docuit S. Thomas loco citato, & post eum Turrecr. in d. c. *Solent*, num. 2. *vers. Respondeo dicendum*; & in ver. *hora*, de *consecr. dist. 1.* Jure tamen scripto nulla hora est determinata comedendi in die jejunijs, nisi hora vespertina tempore quadragesimali, ut est text. in d. cap. *Solent*, & tenent Abb. in rubr. *supra eod. n. 2.* & Sylvest. *ubi supra* n. 12. Rationem egregie assignant Petri. & Hugo. & post eos Archid. in d. cap. *Solent*, & Abb. *ubi supra*, quia scilicet jejunijs Quadragesimaliæ majoris celebramus ad imitationem Christi; & quia Christus jejunavit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus nihil comedens, & deberemus & nos toto illo tempore jejunare nulla die, vel hora comedentes, si natura pateretur humana. Sed quia hoc non est possibile in humanis præter divinum miraculum, statuit Ecclesia, ut saltem per omnes quadraginta dies sicut sumptos fideles jejunarent: nam post vespertas expletas dies sicut expletus dicitur, cum aliud officium diurnum non supersit, ut latius per Archid. *ubi supra*, quem totidem verbis sequitur ibi Bellam. n. 2. *vers. Sed quare hoc sic statuitur*, & Turrecr. n. 2. in ver. *hora*, *vers. Dicit autem Hugo.*

⁵¹ Inferitur tertio, ut extra Quadragesimam in diebus jejunijs liceat vesci ovis, & lacticijs, si hoc habeat consuetudo, ut est notabile dictum Archid. in cap. *Rogationes*, de *consecr. dist. 3.* quem sequitur Abb. *supra* in rubr. n. 5. *vers. Sed vide notabile dictum*; subdens hanc videri laudabilem consuetudinem, præsertim in civitatibus, ubi non est copia piscium, ut Senis.

⁵⁴ Jure tam en scripto quamvis Goffredus in definitione G g nitiõ.